ACAD. LUGD BAT. BIBL.

S. P.

Nobiliss. et Amplissime vir

praesentium lator et Exhibitor optime audit
de vita pia, et magnanimitate ac strenuita
te, quae ornamenta, sane non minima, sunt in
milite, quae ipsum merito commendant apud
eos Moecenates, penes quos potestas est, tales
ad majora promovere. Capitanei provinciam
exoptat et prensat. Me per suos exoravit,
ut illum nobiliss. Amplitudini vrae, de meliori
nota, commendarem: quod ei denegare piaculum
duxi. Quaeso itaque Nobilit. vestram, ut mea
intercessione locum aliquem concedere dignetur, si
fieri possit: nullus dubito, quin Patriae, promotorib.
ac commendatoribus suis gloriam conciliabit, non minorem
quam utilitatem simul sibi. Deus O. M. Nobilita
tem vram cum tota familia diu patriae ac Ecclesiae
superstitem faciat. Amen. Nobilitatis vrae

addictiss. et et ad aras fidelissimus,
Sor cordicitus precatur,

Tobias Tegneius
symmysta Hagiensis

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Tegneius) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4801

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Tegneius) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4801